

Mon. eccl. Florent. I, 310; Brunetti I, 428 no. 6; Troya 400. (Charta ab Ughellio, Benvoglientio in Ital. sacra ed. Coleti III, 527 n., Savigny, Gesch. d. röm. Rechts, 2. Aufl. I, 259 spuria habetur). 48

*Nov. 27. Ticini. Senator et Theodelinda coniuges donant monasterio S. Mariae intra Ticinensem civitatem ab ipsis fundato omnes res suas. Monasterium 'pertinere ad pontificem apostolice sedis et ad principis huius terre defensionem habere' volunt. 'Regn. Liutprando . . a. III . . ind. XIII'. Apogr. s. XII. arch. dipl. Mediol. — Lupi II, 815; Troya 401; Hist. patr. mon. XIII, 2. (Porro-Lambertenghi chartam spuriam esse docet, male autem a. 715. eam tribuit). 49

715. Ind. 13 — Spt. 1—14; Liutprandi a. 3 — Iun. 10—4.

*Mart. 6. Ticini in palatio regio. Liutprandus rex confirmat iudicatum Ambrosii maiorisdomus de lite inter Deodatum Senensem et Lupertianum Aretinum episcopos exorta. 'A. regni III. ind. XIII'. Burali, Vescovi d'Arezzo p. 21; Ughelli I, 411; Brunetti I, 429 no. 7; Troya 405. 50

Jun. 20. In curte regia Senensis. Guntheram notarius 'pro iussione' Liutprandi regis testes interrogat de causa Deodati Senensis et Lupertiani Aretini episcoporum. Ex arch. capit. canon. Aret. ed. Muratori, Ant. VI, 371; Brunetti I, 430 no. 8; Troya 406. 51

Jul. 5. Ad eccl. S. Genesii in vico Wallari. Teudualdus Fesulanus, Maximus Pisanus, Speciosus Florentinus, Telesperianus Lucensis episcopi praesente Guntheramo notario misso Liutprandi regis iudicatum faciunt de causa Adeodati Senensis et Lupertiani Aretini episcoporum. Lupertianus causam obtinet. 'Regn. Liutpr. . . a. IV, per ind. XIII'. Ex arch. capit. canon. Aret. ed. Muratori, Ant. VI, 367; Mansi, Conc. XII, 251; Brunetti I, 444 no. 9; Troya 407. 52

*Post. Jul. 5. — Liutprandus rex confirmat iudicatum quatuor episcoporum de causa Lupertiani et Adeodati episcoporum die V. m. Iulii factum. 'Maneat', inquit, 'sicut et antiquitus usque actenus fuit, qualiter . . . Warnefrit et Agiperto castaldi eiusdem civitatis nobis professi sunt'. Ex apogr. arch. canon. capit. Aret. ed. Grandi, epist. de pandectis Pisanis p. 106; Muratori, Ant. VI, 383; Brunetti I, 448 no. 10; Troya 408. (Savigny l. c. I, 103 praeceptum spurium esse iudicat). 53

Jul. Beneventi in palatio. Romualdus dux (Beneventanus) firmat 'per rogum Ursi duddi et referendarii' Joanni eiusque sorori Tundilae quod de re hereditaria postulaverant.